

SPECIES ITALICAE

ORDINIS DIPTERORUM

(MUSCARIA Rndn.)

COLLECTAE ET OBSERVATAE

A

Prof. CAMILLO RONDANI

(1875)

STIRPS XXIII AGROMYZINAE

Stirpis charact. praecipui.

Antennae articulis tribus instructae, aliquando duobus tantum manifestis, praeter aristam dorsualem, nudam vel puberulam superne et inferne, non supra tantum ciliatam; rarissimo abortivam.

Epistomium pilosulum vel setulosum.

Proboscis manifesta, crassiuscula, membranosa, non sat elongata; Palpi mediocres, proboscidem neque et basim supra tegentes; Alarum venae longitudinales sex, prima non considerata quae exilissima, vel interrupta, vel cum sequente conjuncta ante, vel saltem prope costalem: venulae transversae saltem tres, basali vel basalibus consideratis: saepius quatuor, quarum duabus discoidalibus.

Calyptra parva, vel subnulla.

Pedes tibiis setula erecta sub-apicali nulla, et tarsis posticis basi non dilatatis, nec incrassatis.

Generum distinctio:

A. Costa alarum contra venam primam longitudinalem profunde secta.

- B. Epistomium buccula, seu praelabro non instructum.
- C. Alae areola basali anteriore completa: vena sexta seu ultima postica longa et distincta.
- Gen. I. MILICHIA *Mgn.*
- sp. typ. M. SPECIOSA *Mgn.*
- CC. Alae areola basali anteriore incompleta: vena ultima postica subnulla.
- Gen. II, LOBIOPTERA *Wlbrg.*
- sp. typ. MILICHIA PALPOSA *Zett.*
- BB. Epistomium buccula distincta praeditum.
- Gen. III. CANACE *Halid.*
- sp. typ. C. NASICA *Halid.*
- AA. Costa alarum non profunde secta.
- D. Femora postica incrassata.
- Gen. IV. ODINIA *Desv.*
- sp. typ. O. TRINOTATA *Desv.*
- DD. Femora postica non incrassata.
- E. Frons sat porrecta: antennae in cavo sub-frontali insertæ.
- Gen. V. SELACHOPS *Wlbrg.*
- sp. typ. S. FLAVICINCTUS *Wlbrg.*
- EE. Frons non sat porrecta: antennae in cavo sub-frontali non locatae.
- F. Femora antica distincte crassiora.
- Gen. VI. THERINA *Mgn.*
- sp. typ. T. FEMORALIS *Mgn.*
- FF. Femora antica non distincte crassiora.
- G. Vena costalis contra apicem tertiae longitudinalis sistens, non usque ad apicem quartae producta.
- H. Antennae amplissimae, arista non observanda: alae areola basali anteriore incompleta.
- Gen. VII. CRYPTOCHETUM *n.*
- sp. typ. C. GRANDICORNE *n.*

HH. Antennae latitudine ordinaria, arista manifesta; alae areolis duabus basalibus completis.

Gen. VIII. DOMOMYZA *Rndn.* 1856.

sp. typ. AGROMYZA NIGRIPES *Mgn.*

GG. Vena costalis usque ad apicem venae longitudinalis quartae producta.

I. Venula transversa exterior magis proxima intermediae quam margini posteriori alarum.

Gen. IX. AGROMYZA *Fall.*

sp. typ. A. REPTANS *Fall.*

II. Venula transversa exterior mags proxima margini postico alarum quam venulae intermediae.

Gen. X. ANTHOPHILINA *Zett.*

sp. typ. A. GRACILIS *Zett.*

Gen. I. MILICHIA *Mgn.* *Macq.* *Rndn.*

Lobioptera *Wibrg.* (prtm) *Schin.* *Lw.*

Argyrites *Latr.* 1829 (*).

Alae margine antico profunde secto: areolis duabus basalibus completis: vena sexta, seu ultima postica longa et distincta.

Oculi villosuli. — Epistomium buccula indistincta, marginibus oris setulosis — Abdomen depresso — Femora postica non dilatata etc.

spec. *Italicae.*

A. Oculi breviter pilosi — alae fuscedine costali ab apice venae longitudinalis primae parum distante.

sp. 1. M. SPECIOSA *Mgn.*

AA. Oculi longe pilosi — Alae fuscedine antica sat distante ab apice venae longitudinalis primae.

sp. 2. M. DECORA *Lw.*

sp. 1. *M. speciosa* Mgn. Macq. Rndn. Lw. — *Longit.* Mill. 4-5.

Nigricans, thorace canescente; alae margine anteriori fusco. Abdomen maris superne niveum, faeminae nigricans, basi maculis duabus albicantibus etc.

In floribus Peoniae non frequenter legitur in Etruria et Emilia, raro in collibus, sub-apenninis a me inventa.

sp. 2. *M. decora* Lw.

A me non observata: In Corsica lecta teste Loëwio; sed si ut cl. auct. dicit a *M. speciosa*, cui in omnibus similis, differt tantum pilis oculorum longioribus, et majore distantia a venae primae longitudinalis alarum, fuscedinis costalis, magis quam sp. distincta, varietas localis consideranda.

Gen. II. LOBIOPTERA *Wlbrg.* (itm) non *Lw.* nec *Schin.*

Milichia Zett.

Ut in *Milichia* epistomii buccula nulla et latera setulosa, margo anticus alarum profunde sectus, femora postica non dilatata ec.; sed statim distinguendum, areola basali antica alarum non completa, et vena ultima postica subnulla.

sp. *Italica unica*.

L. S. *palposa* Zett. *Schin.* e *Long.* Mill. 2. 3.

Nigra, epistomio cinerei nitente: Palpi magni exserti. Alae sublimpidae, venula transversa intermedia contra apicem sita primae longitudinalis.

Sat rara in collibus sub-apenninis Emiliae et Etruriae.

Gen. III. CANACE *Halid.* *Schin.* *Lw.* (*)

Oculi subnudi. Epistomium buccula porrecta praeditum: genis setis aliquibus longis instructis: arista puberula. Femora postica non dilatata.

(*) In stirpe *Ephydrinorum* ab auctor. nonnullis locatum, cuius notas aliquas et habitum praebet, sed aliis characteribus melius *Agromyzinis* adscribendum, et praeceps areolis basalibus alarum duabus distinctis et completis; vena prima longitudinali duplice fere usque in apice, et etiam incisione profunda marginis anterioris, quae affinitatem demonstrat istius cum generibus *Milichia* et *Lobioptera* ec.

nigrum — Pedes ferruginei, femoribus anticis nigris —
Alae limpidae.

Nondum in Italia capta.

Gen. VII. CRYPTOCHOETUM *n.*

Antennae articulo ultimo latissimo
et ad epistomium elongato, pre-
sertim maris maximo, subqua-
drato, arista in utroque sexu
abortiva, indistincta — Oculi nu-
di — Frons puberula, non setosa.

Alae margine antico non secto; vena
costali ad apicem tantum tertiae
longitudinalis, non ad quartam
producta: areola basali antica
incompleta: vena ultima postica
exilis sed distincta. Femora omnia
non incrassata.

sp. *detecta*.

S. *C. grandicorne n.* Long. mil. $1\frac{1}{2} - \frac{3}{4}$.

Corpus nigro-sub-aenescens, abdomine paulo caerulescente.
Antennae nigrae, articulis duobus primis brevissimisi

Pedes nigricantes, tarsis omnibus pallide luteis.

Alae sub limpidae, paulo albicantes, venis longitudinalibus
omnibus, sed praecipue tertia et quarta extrinsecus di-
vergentibus: venula transversa intermedia paulo ante, et
transversa exteriore modice extra apicem venae longitu-
dinalis primae sitis: ultima postica sat prope marginem
anguli interioris decurrente.

Raro in floribus Evonimi europei, in collibus subapenninis
ditionis parmensis eum legi.

Gen. VIII. DOMOMYZA *Rndn.*

Agromyza (prtm.) *Fall. Mgn. Zett.* etc.

Notae genericae circiter ut in *Agromyza auctorum*, excepta

1



Cryptocheti
caput ♀

2



Antenna
maris aucta

3



Alae (idem)

brevitate venae costalis, quae in Domomyza contra apicem tertiae longitudinalis sistit, non ad apicem quartae producta.

Vide char. Agromyzae.

sp. Italicae.

- A. Frons saltem antice lutea vel rufa.
B. Vena transversa intermedia magis proxima basalibus quam exteriori.

sp. 1. *fronella* n.

- BB. Vena transversa intermedia magis proxima exteriori quam basalibus.
C. Tarsi nigricantes: geniculi non manifeste, vel angustissime lutescentes.

sp. 2. *obscuritarsis* n.

- CC. Tarsi manifeste rufescentes; geniculi late pallidi.
D. Venae quartae segmentum penultimum neque duplo brevius praecedente.

sp. 3. *luteitarsis* n.

- DD. Venae quartae segmentum penultimum triplo fere brevius praecedente.

sp. 4. *articulata* n.

- AA. Frons nigra, vel raro nigricante rufescens.
E; Vena transversa intermedia circiter aequidistans ab exteriori et a basalibus, aut saltem ab istis non duplo distans.
F. Antennae basi rufescentes.
Abdomen segmentis postice taenia albicante marginatis.

sp. 5. *cincta* Rndn.

- FF. Antennae etiam basi nigrae.
Abdominis segmenta non manifeste pallide marginata.
G. Venae longitudinalis quintae segmentum ultimum sat brevius praecedente.

sp. 6. *nigripes* Mgn.

- GG. Venae quintae segmentum ultimum magis vel minus longius praecedente.

sp. 7. *anthracipes* n.

EE. Venula transversa intermedia saltem duplo distans a basilibus quam ab exteriore.

H. Venae longitudinales quarta et quinta non abbreviatae sed marginem alae attingentes.

I. Pedes omnes etiam antici toti nigri.

Frons, thorax, et abdomen distincte setigera.

sp. 8. *nigrella* n.

II. Pedes antici ad basim tibiarum distincte flavescentes.

Corpus superne, vix parce et brevissime setulosum.

sp. 9. *parva* n.

III. Venae longitudinales quarta et quinta abbreviatae, et marginem alarum non attingentes.

sp. 10. *brevinervis* n.

Observat : et diagnoses.

sp. 1. *D. frontella* n. Longit. mill. $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{3}{4}$.

Corpus nigro-nitens, frons ad apicem rufa ; facies nigricans.

Pedes nigricantes, geniculis et basi tarsorum praesertim anticum luteo-flavidis, tibiis anticis aliquando dilute fuscis vel pallescentibus. Alae sublimpidae, venula transversa intermedia magis proxima basalibus quam exteriori, et contra apicem sita primae longitudinalis — Halteres albi ut in congeneribus.

In agro parmensi non rara, flores varios frequentans.

sp. 2. *D. obscuritarsis* n. Long. mill. 2.

Corpus nigrum sub-opacum, thorace paulo griseo, facie obscura, fronte exstrinsecus flavescente : antennae totae nigrae.

Pedes omnes cum tarsis etiam basi nigricantibus vel fuscopiceis, geniculis angustissime lutescentibus. — Halteres albi.

Alae sublimpidae, venula transversa intermedia distincte magis proxima exteriori quam basalibus, et paulo extra apicem sita primae longitudinalis.

Non frequens in agro parmensi.

sp. 3. D. *luteitarsis* n. Long. mill. 2.

Corpus nigrum, fronte late et facie flavidis.

Antennae nigrae, basi anguste rufescente — Halteres albi.

Alae sublimpidae, venula transversa intermedia extra apicem sita primae longitudinalis, et duplo circiter distans a basalibus quam ab exteriore, secunda longitudinalis oriens a tertia perfecte contra transversam basalem anteriorem.

Non rara in agro parmensi.

sp. 4. D. *articulata* n. Long. mill. 2 $\frac{1}{2}$.

Similis sere in omnibus praecedenti *luteitarsis*, sed distincta, non solum magnitudine manifeste majore, sed praecipue distantia venulae transversae intermediae alarum a basalibus, saltem tripla distantiae ab exteriori, non dupla tantum, et vena secunda longitudinali a tertia oriente manifeste extra transversam anticam basalem, non contra.

Rara in collibus agri parmensis.

sp. 5. D. *cincta* Rndn. Long. mill. 2 $\frac{1}{2}$ — 3.

Nigricans, opaca, paulo grisescens : antennae basi rufescente : facie obscura ut frons tota.

Abdomen segmentis postice pallide marginatis.

Pedes fusci, vel obscure picei, coxis paulo lutescentibus, et tibiis tarsisque aliquando pallide fuscis — Halteres subalbidi.

Alae sub-limpidae, venula transversa intermedia paulo magis proxima exteriori quam basalibus, et extra apicem sita primae longitudinalis: tertia et quarta a transversa exteriore ad apicem parallelis.

Non rara in Emilia et Etruria.

sp. 6. D. *nigripes* Mgn. Macq. Zett. Schin. Long. mill. 2 — 2 $\frac{1}{2}$.
ambigua Fall. et *reptans* v. Fall. (teste Zett.)

Corpus nigro-nitidum, capite toto cum antennis, pedibusque nigricantibus — Halteres albidi.

Alae limpidae, venula transversa intermedia contra apicem sita primae longitudinalis, et sere aequedistans a venulis basalibus et ab exteriore : costali contra apicem primae